

Etâ prius lineâ, quæ numeros addēdos distin-
 guat à figuris ad dexteram collocandis. De-
 inde in secundo numero abiectis 7. ex 8. re-
 manet 1. abiectis item 7. ex 19. remanent 5.
 Abiectis quoque 7. ex 50. remanet 1. Deni-
 que abiectis 7. ex 17. remanent 3. quæ ad
 dexteram repono . Rursus in tertio nume-
 ro abiectis 7. ex 56. remanet 0. Omissa de-
 inde figura 7. & abiectis 7. ex 8. remanet
 1. Abiectis denique 7. ex 19. remanent 5. ad
 dexteram collocanda . In quarto denique
 numero, abiectis 7. ex 8. remanet 1. Abie-
 ctis autem 7. ex 18. remanent 4. Et abiectis 7.
 ex 40. remanent 5. ad dexteram ponenda.
 Quoniam vero 5. 5. 3. & 0. efficiunt 13. ex
 quibus si abijciantur 7. remanent 6. repono
 6. in vna parte crucis. Sed ex hisce residuis fa-
 cilius reiicientur 7. si dicatur 5. & 5. efficiunt
 10. Abiectis 7. remanent 3. Additis 3. fiunt 6.
 quemadmodû supra de abiectione 9. dictû est.
 Postremo in sūma, omiſſis 7. 7. 7. si ex 23. abij-
 ciatur 7. remanent 2. Itē si ex 20. abijciantur 7.
 remanent 6. in altera parte crucis reponēda.

Probatio per
 7. fallax est,
 sed minus,
 quā probatio
 per nouem, &
 quare.

Verum quemadmodum examen per abie-
 ctionem 9. fallax est, vt diximus, ita quoque
 hoc per abiectionem 7. vitiosum esse depre-
 henditur: quia non consideramus, an toties
 reiicientur 7. ex numeris addendis, quoties
 ex summa, necne; sed solum, an idem residu-
 um utrobique reperiat, an non. Nihilominus
 tamen non sine ratione huiusmodi examen
 ab Arithmetiſis adhiberi solet, quemadmo-
 dum & illud prius per abiectionem 9. institu-
 tum, ob rationē supradictā: quia, nisi quis per
 calumniam